Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



net non et et ab inferis resurrexerunt sed et in celos
gloriose ascensionis offerimus p̃clare maiestati
tue de tuis donis ac datis Hostiam puram
Hostiam sanctam Hostiam immaculatam
panem sanctum vite eterne et calicem
salutis perpetue Supra que propitio ac sereno vultu
respicere digneris et accepta habere sicuti accepta
habere dignatus es munera pueri tui iusti abel
et sacrificium patriarche nri abrahe et quod tibi ob
tulit summus sacerdos tuus melchisedech sanctum
sacrificium immaculatam hostiam Supplices te ro
gamus omnipotens deus iube hec perferri per manus sancti
angeli tui in sublime altare tuum in conspectu di
vine maiestatis tue ut quotquot ex hac altaris
participatione sacro sancti filii tui corpus et sang
uinem sumpserimus omni benedictione
celesti et gratia repleamur per eundem
Memento
etiam dne et eorum qui nos precesserunt cum signo
fidei et dormiunt in somno pacis
Ipsis
omnibus et omnibus in xpo quiescentibus locum
refrigerii lucis et pacis ut indulgeas deprecamur
per eundem
Nobis quoque peccatoribus famulis tuis
de multitudine miserationum tuarum sperantibus
partem aliquam et societatem donare digneris cum
tuis sanctis apostolis et martyribus Cum Iohanne Steph
ano Matthia Barnaba Ignacio Alexandro Marcel
lino Petro Felicitate Perpetua Agatha Lucia Ag
na Cecilia Anastasia Et cum omnibus sanctis tuis